

8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES
DE RE IVDI-
CATA ET EFFECTV SEN-
TENTIARVM ET DE INTER-
LOCVTIONIBVS.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISSIMIS-
que viris, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D.
Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
celeberrimo atq; florentissimo Iuridicæ facultatis, apud
Vbios Collegio, pro laudabili & hucusque recepta
consuetudine publicè disputando, pro inge-
nij tenuitate tuebitur.

IOHANNES AB OEYENN.
AGRIPPINAS.

*Anno Christiano CIJ. IJ. LXXXVII.
XIII. Cal. Decemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE Cc
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

CONCLUSIONES
DE RE IVDI
CATA ET EFFECTIV SIN
TESTAM IN RE IVDI
DIA DIMINUTIVE CATA
JOHANNES A R O E Y N N
A G R A P R I N A
L I N D E N B E R G I
M D C C L X X X



METHODI RATIO

Disputationibus precedentibus de possessionibus satis superq³ dictum. Quoniam autem omne ius ad iudicia refertur, praesertim in Pandectis. Videndum iam consequenter est, quemadmodum controuersiae possessionum autoritate iudiciali explicentur.

VVes. in parat. h. t. num. 1.

CONCLUSIO I.

RES IUDICATA est, qua finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit, (a) quod vel condemnatione, vel absolute contingit. (b)

(a) l. 1. ff. h. t. gloss. in c. non solum, de appellat. in 6. Bart. in rub. C. h. t. (b) l. praeses C. de sent. & interloc. 2. q. 6. c. ei qui appell. §. definitiua.

II.

Sententia à sentiendo, quod iudex secundum quod sentit iudicat (a) dicta; variè in iure accipi solet. (b) Hoc autem in tractatu capitur pro arbitrio iudicis quo controuersia diiudicat, extremumq³ ei finem imperit. (c)

(a) l. sicut autem §. sed si quaeratur ff. si seruit. vend. gl. in c. forus ext. de verb. sig. (b) l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. hac consultissima §. at cum humana C. cod. l. si ædibus, ff. de dam. infect. c. capellanus, ext. de ferijs 35. q. 9. c. veniã, (c) gl. in c. cum olim ext. de testib. Panor. in c. vlt. nu. 10. de sequest. ra, per l. dicere in prin. de arbit. Alex. conf. 50. lib. 2.

III.

Harum alia est definitiua controuersia finem imponens; (a) à qua intra decennium appellare licet, (b) & nunquam ab eodem iudice reuocatur: (c) alia interlocutoria, qua fertur inter principium & finem causae; de incidente aliquo articulo, (d) qua cum ab eodem iudice reuocari possit; (e) iure canonico tantum recipit appellationem. (f)

(a) l. dicere ff. de recep. arb. l. 1. ff. de re iud. Abb. in rub. & c. iurgantium, ext. cod. Ias. in l. nequaquam, §. vbi decretum, de off. proconf. Maran. part. 6. Specul. aur. §. & demum fertur num. 1. 2. & 3. (b) auth. nouo iure, C. de relationib. Auth. hodie C. de appellat. Mynf. cent. 2. obs. 2. (c) l. 1. C. quand. prouoc. non est neces. l. quod iussit, vbi Bart. & Dd. l. iudex, cum simil. ff. h. t. (d) Bald. in l. arbitrio, ff. qui fatid. cog. gloss. in Clem. 1. de sequest. poss. Alex. in rub. ext. h. t. (e) l. quod iussit, ff. cod. c. cum cessante, ext. de appell. (f) c. significauerunt, ext. de testib. 2. q. 6. c. non ita, secus de iure ciuili regulariter, text. & ibi gl. not. in l. ante sententiae, C. quor. appell. non recip. l. si clericus, C. de Episc. aud. Bart. in d. l. quod iussit.

IIII.

Causa efficiens sententiae est iudex competens: (a) isq³ est, qui neque Natura, vt surdus, mutus, caecus, furiosus, impubes: (b) neque lege, vt infamis, (c) publicè excommunicatus, (d) non habens iurisdictionem, (e) pecunia corruptus: (f) neque Moribus, vt mulier, (g) & seruus; (h) à sententijs ferendis arcentur.

(a) VVes. in parat. h. t. num. 5. (b) l. cum Praetor, §. non autem, l. cum furiosus gl. Bart. & Dd. in l. caecus ff. de iud. 3. q. 7. c. infamis. Spec. de sent. §. sequitur, (c) d. l. cum Praetor, c. sciscitas

sciscitatus, de rescrip. (d) c. ad probandum, de re iud. c. pia de excep. in 6. 24. q. 1. c. audiui mus
& c. miramur, Spec. de iud. deleg. §. excipi num. 1. (c) l. fin. de iurisd. omn. iud. l. 3. ff. de off.
præsid. c. at si clerici, ext. de iud. Specul. §. iuxta de sent. num. 4. (f) l. vœnales 7. C. quando
prouoc. non est necess. c. cū ab omni, de vit. & honest. cleri. 2. q. 6. c. ei qui, §. vanales, (g) l.
fœminæ ff. de reg. iur. d. l. cum Prætor 12. 33. q. 5. c. mulierem, (h) l. Pœdius, §. seruum, de re-
cep. arb. c. destinatus, de rescrip.

V.

*Hic non inconueniens erit querere; cui pœna subiaceat iudex, qui dolo malo (a) in iu-
dicio aliquid iniuste fecerit? & præter hoc quod infametur, (b) in ciuilibus tripli pœna
puniri, in criminalibus confiscatis omnibus bonis in exilium mitti (c) arbitror.*

(a) aliàs si per imprudentiam fecerit litem suam facit, l. ult. de var. & extraord. cog. Dd.
in princ. Inst. de oblig. quæ ex q. delict. nasc. (b) l. si filius, de iud. l. fin. C. de pœna iud. qui
male iud. (c) Auth. nouo iure C. d. tit. gloss. in c. 1. ext. de re iud. Dd. communiter in locis
præmissis.

VI.

*Si plures sint constituti iudices, omnes pronunciare coram oportet, nec vno absente va-
let reliquorum sententia, (a) & si dissentiant maiori parti statur. (b)*

(a) l. duo ex tribus l. tunc autem, ff. h. tit. l. cum magistratus C. quand. prouoc. non est
necess. c. cum causa, c. causam matrimonij, vbi Abb. & annot. ad eum nu. 3. 7. & 8. & post
gl. in c. prudentiam, ext. de off. deleg. hinc vno delegatorum mortuo aut corrupto, omni-
um expirat iurisdic. c. vno delegatorum & Panor. in c. cum super ext. cod. vti etiam
in c. ad probandum de re iud. Addit. ad Spec. in verb. cum ab omni §. iuxta de sent. l. Pœ-
dius, §. seruum ff. de recep. arb. (b) l. diem §. si plures, l. si in tres, cum l. seq. ff. cod. d. l. duo,
distinct. 65. c. 1. & 2.

VII.

*Iudicibus autem pari numero dissentientibus, si quidem ordinarij sunt tenet pro reo sen-
tentia, (a) secus si actoris causa sit fauorabilis; (b) sin verò delegati, ex delegantis pende-
bit arbitrio, (c) si compromissarij neutra vigorem habet. (d)*

(a) l. inter pares ff. h. t. c. duobus, ext. cod. vbi glo. & 2. q. 1. c. fin. in verb. item si plures, ra-
tio eius est in l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & in c. ex literis ext. de probat. (b) putà matris
monij, c. illud quoque de præsump. 33. q. 1. c. si quis acceperit: libertatis. d. l. inter pares &
d. c. ex literis. Dotis, l. 1. ff. solut. matr. c. ex literis ext. de pignor. pro testamento. l. si pars
iudicantium, ff. de inoff. testam. (c) l. duo iudices, & c. fin. de re iud. (d) l. diem, §. si plures,
ff. de arbit. d. c. fin.

VIII.

*Porrò definitiuam oportet esse ritè prolatam (a) ab ipso competente iudice, (exceptis
tamen illustribus personis) (b) vocatis partibus, trina citatione, vel vna per emptoria, (c)
aut iudicis admonitione, (d) in scriptis, (e) conformis, libello, (f) interdiu, (g) pro tribu-
nali sedente, (h) nisi aliud necessitas postulet. (i)*

(a) l. prolatam C. de sent. & interloc. c. in causis ext. h. t. c. 2. ext. vt lit. non contest. (b) l.
si conuenerit, l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. tot. tit. C. si à non comp. iud. tot. tit. C. de sent. ex
breuic. recit. c. fin. de re iud. in 6. Specul. §. sequitur, de sent. (c) l. cōtumacia ff. h. t. l. ea quæ
l. si vt proponis 4. l. consentaneū, l. qui semel, l. tres denuntiationes, C. quomod. & quand.
(d) l. cessante C. d. tit. l. & ibi Bart. Cast. & Ang. (e) l. arbitr. l. hac lege, l. statutis C. de sent.
ex breuic.

ex breuic. c. fin. de re iud. in 6. 2. q. 1. c. statutis. Specul. in §. iuxta de sent. num. 12. (f) l. fundus ff. com. diuid. l. fin. C. de fideicom. libert. Anchor. conf. 249. in quæst. num. 2. (g) not. Dd. in l. non minorem, C. de transact. per §. sedebunt. Auth. de iudic. (h) d. §. sedebunt. Bald. in l. 1. C. de sent. & breuic. (i) necessitas enim non habet legem, l. 1. ff. de off. conf. vbi glo. tex. in c. statuimus, de off. deleg. in 6.

IX.

Hinc inter Dd. controuertitur: Num iudex acta fidei q₃ eorum qua probantur, an verò priuatam certam tamen, & indubitata scientiam sequi debeat? Priorem sententiam qua in iudicijs consistorijs q₃ recepta est amplectar.

l. illicitas §. veritas ff. de off. præf. c. pastoralis §. quia verò ext. de off. deleg. 3. q. 7. c. iudice. & ibi glo. Couarru. variarum resolut. lib. 1. cap. 1. ratio eius est, quia ex auctoritate publica iudicat, glo. in l. 2. ff. de ferijs. l. Barbarius ff. de off. præf. Specu. §. sequitur de sent. num. 1. & de disput. & allegationib. §. satis num. 13. cum Annotat.

X.

Sententiæ finis est vt lites sopiantur, (a) quod citra absolutionem vel condemnationem (excepta appellationis causa) (b) contingere non potest: (c) ideòq₃ sententia debet esse certa, (d) & de futuro prolata, nisi dependeat à iure quod est de præfenti (e) non valet.

(a) gloss. & tex. in l. dicere ff. de recep. arb. c. iurgantium ext. h. t. (b) vbi sufficit priorem confirmare aut reuocare, gl. & Dd. in l. præses, C. de sent. Francisc. Torzanus cōmu. opin. sent. 24. Spec. de sent. §. species, nu. 3. (c) l. 1. ff. h. t. d. l. præses, c. 1. vbi Panor. nu. 4. Imol. nu. 1. de sequest. poss. (d) l. in summa §. sortis ff. h. t. l. quid tamen §. Pomponius ff. de recep. arb. tot. tit. C. de sent. quæ sine cert. quant. prof. Spec. §. qualiter num. 7. de sent. (e) tex. & glo. in l. non quemadmodum ff. de iud. l. 1. ibi Bart. & Castr. C. de sent. quæ sine cert. quant. prof. Bart. & Bald. in l. r. C. si aduer. libert. ratio est quia aliam post se sperat. Alex. in l. 1. col. 2. in fin. ff. h. t. & in l. 1. §. si quis, col. 4. ff. de verb. oblig.

XI.

Quod ad effectum attinet sententia post decem dies (licet contra ius litigatoris lata) transit in rem iudicatam, (a) nisi ab ea prouocatum fuerit. (b)

(a) §. 1. tot. tit. in Auth. de appel. & inter quæ temp. Auth. hodiè C. de appel. vbi gl. fin. l. si cum inter C. quando prouo. non est neces. c. quod ad consultationem ext. de re iud. (b) l. ab eo iudicato, C. quomod. & quand. c. inter monasterium & c. suborta ext. dict. tit.

XII.

Hoc tamen patitur limitationes; sententia enim ex presumptionibus (a) lata, ex opinione peritorum in aliqua arte, (b) in causa matrimoniali, (c) & alia quam plures, (d) in rem iudicatam non transire concludo.

(a) l. si qui adult. vbi Bart. & Dd. C. de adulte. (b) Ias. & Alex. in l. arbitrio ff. qui satisf. cog. Imol. in c. quinta vallis nu. 30. de iureiur. Ang. in l. quod si nolit ff. de probat. (c) gl. in l. 3. §. penul. in verb. agatur, ff. de iureiur. Abb. in c. lator, c. cōsanguinei, de re iud. (d) quas videre licet apud Maran. part. 6. §. & demum fertur sententia nu. 128. ad fin.

XIII.

Itē sententiæ que sunt ipso iure nullæ, (a) cū nomen sententiæ habere nō mereantur. (b)

(a) l. 1. C. de sent. ex breuic. l. si vt proponis 4. & 5. C. quomod. & quand. iudex. tex. & ibi Bart. in l. si expressim ff. de appel. tot. tit. ff. que sent. sine app. resc. & C. quan. prouo. nō est neces. (b) l. si. C. de sent. ex breuic. recit. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. c. fin. cod. in 6.

Verum

XIV.

Verum licet res iudicata non nouata paratam executionem habeat; (a) nulli tamen vltori propria autoritate sententiam exequi permittitur, (b) sed competenti iuris remedio vtendum est, (c) alias furti & vi bonorum raptorum tenetur. (d)

(a) l. 4. §. si ex conuentione l. post rem iudicatam & ibi Bart. ff. h. t. l. 2. C. de exec. rei iud. in ordin. Cam. par. 3. tit. 4. §. von execution vnd vollziehung der vrtheil/ Gail de arrest. Imp. cap. 11. nu. 5. (b) c. de cætero ext. de re iud. Bouerius in sing. verb. executio nu. 21. (c) quatenus condemnatoria actione iudicati & officio iudicis nobili l. 4. §. penul. & vlt. l. 6. §. fin. l. 7. cod. l. 3. C. de vsur. rei iud. Mynf. resp. iur. 6. nu. 7. decad. 1. quatenus absolutoria exceptione rei iudicat. rot. tit. ff. & C. de excep. rei iud. Gail obser. 113. num. 18. & ibi alleg. lib. 1. (d) text. gl. Bart. Iaf. & Dd. in l. miles, §. qui iudicati ff. de re iud.

XV.

Iudicati actio est actio civilis, (a) personalis, (b) stricti iuris, (c) perpetua, rei persecutoria, (d) competens ex sententia ei cui quis condemnatus est, & heredi eius. (e)

(a) Cuiac. l. 3. obs. 39. vbi l. 12. tab. restituit iuncto §. sed ista ibi Schn. nu. 5. Mynf. nu. 2. & communiter DD Inst. de act. (b) §. omnium & ibi Mynf. nu. 9. & 10. Schn. nu. 11. & 12. cod. l. 3. §. idem scribit, & ibi gl. Bart. & Dd. ff. de pecul. (c) §. actionum & ibi Dd. Inst. de act. quia & sententia stricti iuris est, l. 1. & ibi Bart. C. si plures vna sent. Gail lib. 1. obs. 116. nu. 1. (d) l. miles §. fin. & ibi gl. & Dd. ff. h. t. Gail lib. 1. obs. 113. nu. 17. (e) l. ex contractu ff. h. t. l. oratione §. fin. ff. de ferijs. Gail d. loc. Mynf. obs. 3. cent. 2.

XVI.

Lata definitiua sententia à delegato excepto Principis, (a) omne eius officium expirat: (b) ab ordinario verò mercenarium eius officium expirat, (c) nobile permanet. (d)

(a) l. fin. in fin. C. de iud. c. significasti, ibi gl. c. in literis, c. quærenti & ibi Panorm. ext. de off. deleg. (b) l. à Diuo & ibi glo. Bart. & Iaf. nu. 3. ff. h. t. l. 4. C. quomod. & quand. d. c. in literis & ibi gl. in verb. fructus Gail lib. 1. obs. 1. nu. 52. (c) vide conclu. 3. sub hac lit. (d) l. cum quædam ff. de iurisd. omn. iud. Mynf. ad rub. Inst. de off. iud. nu. 8. Dd. post gl. in d. l. à Diuo.

XVII.

Et licet officium iudicis implorari coram ordinario sententiæ iudice, aut alio cum eius iurissubsidialibus sit necesse; (a) actionem tamen hanc coram quocunque ordinario alias competenti intentari posse defendam. (b)

(a) l. properandum §. sin autem C. de iudicijs text. & Panor. in c. postulasti, de foro cõp. c. Romana §. contrahentes, cod. in 6. glo. in l. cum quædam, verb. quod generaliter ff. de iurisd. omn. iud. Mynf. cent. 3. obs. 68. (b) Bart. in d. l. à Diuo Pio §. 1. nu. 1. & Iaf. ibid. n. 4. quia actiones vbicunque exerceri possunt, l. fin. C. de præscrip. long. temp. Panor. in d. c. postulasti.

XVIII.

Competit hæc actio contra condemnatum & heredem eius, (a) contra fideiussorem autem contractus, (b) item contra procuratorem, tutorem, curatorem aut actorem (c) nisi ex sua culpa aut maleficio (d) non dari reor.

(a) tex. gl. & Dd. in l. miles §. fin. ff. de re iud. Gail lib. 1. obs. 113. nu. 17. (b) Mynf. obs. 96. cent. 4. Turzanus commun. opin. sent. 140. Guido sing. 486. Bapt. à Villal. in lit. f. n. 97. (c) l. 4. in prin. §. tutor, §. actor vbi gl. Bart. & Iaf. ff. h. t. l. Plautius ff. de procur. Specul. de execut. §. sequitur num. 4. (d) l. 1. §. si procurator ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. non est ignotum.

ignotum, C. de adim. tutor. l. eum qui ff. de minor. Spec. & Dd. in locis præallegatis. Mar. in Spec. de exec. sent. nu. 39. & 40.

XIX.

Quamuis regulariter alijs, res inter alios acta non præiudicet, (a) qui tamen sciens de ea re primum sibi actionem vel exceptionem competere, nec non & ille, qui cum prohibere posset sustinuit eum à quo causam habuit experiri, (b) (quatenus is non ob culpam aut defectum probationum victus) (c) iudicati actione convenitur.

(a) l. 1. & in ipsa rub. C. res inter alios acta. tot. tit. C. quib. res. iud. non nocet, l. 1. 2. 3. & seqq. de excep. rei iud. c. cum super, c. quamuis, vbi gl. enumerat aliquot huius regulæ fallentias. Panor. ibid. ext. h. t. V. Vesemb. conf. 13. nu. 108. Myns. decad. 5. resp. 41. nu. 4. & 5. & resp. 47. nu. 11. & 12. (b) tex. & Bart. in l. sæpe 63. §. sed scientibus, nu. 3. 4. & c. text. & Abb. in d. c. quamuis (c) l. iudicata §. si debitor ff. de excep. rei iud. l. præses C. de pigno. l. si superatus & ibi Bart. ff. de pigno. & in d. l. sæpe nu. 2. Abb. in d. c. quamuis.

XX.

Datur autem præcisè ad id quod in condemnationem venit, (a) nec condemnatus satisfaciens, aut præstando interesse euitat exactionem, (b) excepto facto, ad quod nemo præcisè potest compelli. (c)

(a) l. qui restituere & ibi Dd. ff. de rei vend. l. 4. §. ait Prætor, & ibi Ias. ff. h. t. Bald. in l. 1. vers. sed pone C. de sent. quæ pro eo quod interest c. cum aliquibus ext. de re iud. (b) ne obligatio ex obligatione fiat: dd. iuribus & l. quod si non ff. de pigno. act. l. item liberatur §. qui liberatus ff. quib. mod. pig. vel hypoth. Ias. in l. 4. §. ex conuentione, h. t. (c) Ias. Bart. & alij in l. stipulationes 72. ff. de verb. oblig. §. fin. Inst. cod.

XXI.

Intra quadrimestre tempus iudicati agi non potest, (a) secus si sententia in rem certam concepta sit, (b) quod tempus à sedente in medio causa cognita coarctari potest, prorogari etiam sine causa. (c)

(a) gl. Ias. & Dd. in l. intra dies ff. de re iud. l. penult. & vlt. C. de vsur. rei iud. (b) §. et si Inst. de off. iud. gl. in c. quærenti verb. quadrimestre, de off. deleg. (c) l. si se §. si quis, glo. & Bart. nu. 4. Ias. nu. 20. in l. 2. ff. h. t. tex. gl. & Panor. in c. quod ad consultationem ext. eod.

XXII.

Qui autem sponte recepit arctatū terminum post decenniū appellans non auditur, (a) pari modo & hoc termino vti volens, de litis estimatione cauere debet in termino. (b)

(a) d. c. quod ad consultationem, quia petendo inducias, videtur approbasse sententiam l. ad probandum C. h. t. l. tale §. 1. ff. de pact. (b) l. si debitori ff. de iud. l. si domus §. 1. ff. de leg. 1. §. 1. & ibi Dd. Inst. de off. iud.

XXIII.

Hanc actionem intentans citare aduersarium debet, (a) Iudiciariū tamen processum, sicut cum Iudicis officium imploratur non requiri, iurium decernit autoritas. (b)

(a) Bart. in l. à Diuo, §. in venditione ff. de re iud. Ias. ibid. nu. 9. & in l. 2. nu. 18. cod. (b) d. l. à Diuo Pio, §. si super. gl. fin. in l. qui de officioso ff. de inoff. testam. Clem. sæpe de verb. sig. Ias. in l. intra dies 7. ff. h. t. per ibi alleg.

XXIV.

Ex his illa vt controuersia ita & perutilis resultat quaestio: Num aduersarius, præsens in iu-

in iudicio, citari nihilominus debeat? Et licet affirmantium sententia plurimi magni nominis IC. patrocinentur. (a) Ego tamen à negativa haudquaquam secessero. (b)

(a) Bart. & plur. alij in l. 1. ff. de in ius vocando, l. prolatam C. de sent. & interl. (b) tex. in l. de vnoquoque ff. h. t. Mynf. in §. fin. Inst. de pœn. tem. lit. Idem cent. 2. obs. 17. & cent. 6. obs. 6. nu. 8. Gail lib. 1. pract. obser. obs. 58. nu. 2. & seqq. Idem obser. 109. nu. 3. Mar. de Conc. cit. part. 6. nu. 5. & 12. Eman. Soar. Thesau. recep. sent. in verb. præsens nu. 227.

XXV.

Obstat exceptio nullitatis & quod sententia non transierit in rem iudicatam, quatenus incontinenti probari possit, (a) aut executio sit irrevocabilis, (b) solutionis, (c) omnesq; alie que sententiam principaliter non impugnant sed executionem concernunt, à iure reservata, vel post sententiam initium acceperunt. (d)

(a) l. 1. C. de exec. rei iud. l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. l. 4. §. condemnatum & ibi Bart. l. si cum nulla ff. h. t. Bapt. à Villalob. in sing. lit. E. nu. 115. (b) Ias. in l. 4. §. condemnatū nu. 21 & in l. possessori 3. §. si servus, nu. 9. ff. de acqui. poss. Canonistę in Clem. 1. h. t. (c) d. l. 4. §. soluisse, & §. ait Prætor, Dd. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. Ias. in l. 2. ff. h. t. n. 19. (d) l. pen. ff. de confess. Gail lib. 1. obs. 113. nu. 5. c. exceptionem de excep. Guido sing. 735.

XXVI.

Exceptio autem iniquitatis opponi non potest, (a) de facto tamen opposita admissa & probata, (b) aut si pars agens iniquitatem consteatur, (c) sententia est retractanda.

(a) l. fin. C. ut lit. pend. l. post rem 56. ff. de re iud. c. cum inter & ibi Panorm. ext. cod. c. pastoralis §. quia vero ext. de off. deleg. (b) Ias. in l. 1. num. 3. per ibi alleg. ff. de oper. noui nunc. Guid. sing. 600. & 697. (c) Panor. d. loc. quia per confessionem partis præsumptio iuris & de iure tollitur, Hypp. de Marf. sing. 32. nu. 2. Gail lib. 2. obs. 97. nu. 15.

XXVII.

Nullo predictorum obstante executioni modus à Diuo Pio præscriptus est, quem post Ulpianum & nos probamus.

l. à Diuo §. in venditione cum seqq. l. debitoribus, ff. de re iud. gl. & Bart. in l. 3. §. tutores ff. de suspect. tutor. Maran. de exec. sent. nu. 8. & 9.

COROLLARIA.

I.

Probationes non esse de substantia sententia.

Saly. in l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. prof. Ant. Gab. de sent. concl. 9. nu. 1. 2. 3. & c.

II.

Pro sententia præsumi præsumptione iuris & de iure.

Abb. in c. quoniam de prescrip. Idem late in conf. 73. part. 1. & in conf. 89. col. 2. in 1. part. pro veritate enim habetur, l. res iudicata & ibi Dd. ff. de reg. iur. Gail obser. 44. num. 7. lib. 1.

III.

Post tres conformes sententias statim fieri executionem, non obstante quacunque nullitatis exceptione; etiam in causis, quæ in iudicatum non transeunt.

Ant. Gabrie. de execut. rei iud. concl. 1. num. 1, 8, 13. & c. In Camera tamen Imperij ob causam aliter obseruatur. Mynf. cent. 1. obs. 15.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.

Farbkarte #13



CONCLUSIONES
DE RE IVDI-
CATA ET EFFECTV SEN-
TENTIARVM ET DE INTER-
LOCVTIONIBVS.

VAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
AESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS-
e viris, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D.
annis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
eberrimo atq; florentissimo Iuridicæ facultatis, apud
Vbios Collegio, pro laudabili & hucusque recepta
consuetudine publicè disputando, pro inge-
nij tenuitate tuebitur.

IOHANNES AB OEYENN,
AGRIPPINAS.

Anno Christiano MD. LXXXII.
XIII. Cal. Decemb.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

Cc



83

